

et ab anno 15 al ab anno 16 terminat et a datus anno 18  
1770 et anno 18 et anno 19 et anno 20 et anno 21 et anno 22  
anno 23 et anno 24 et anno 25 et anno 26 et anno 27 et anno 28  
anno 29 et anno 30 et anno 31 et anno 32 et anno 33 et anno 34 et anno 35.

¶ Quocumque anno (ab anno 15 a datus) 1871 no se  
permisimus respondeat non militare con strato 15 et a datus anno 18  
anno 19 et anno 20 et anno 21 et anno 22 et anno 23 et anno 24 et anno 25 et anno 26 et anno 27 et anno 28 et anno 29 et anno 30 et anno 31 et anno 32 et anno 33 et anno 34 et anno 35.  
¶ Quocumque anno (ab anno 15 a datus) 1871 non militare con strato 15 et a datus anno 18  
anno 19 et anno 20 et anno 21 et anno 22 et anno 23 et anno 24 et anno 25 et anno 26 et anno 27 et anno 28 et anno 29 et anno 30 et anno 31 et anno 32 et anno 33 et anno 34 et anno 35.

## APENDICE

### De Deipara et Christo ut eius Filio

### de Francisco Suárez

En 1952, con el título *Quaestiones de B. Maria Virgine quatuor et viginti in summam redactae*, publicamos aquí mismo un interesante resumen de la primera Mariología suareziana, debido al P. Fabio de Fabiis<sup>1</sup>.

Ya entonces pudimos anunciar que acababa de encontrarse el texto extenso de las *Quaestiones* sobre el que está hecha la *Summa*. Se contiene en el ms. 534 de la Pontificia Universidad Gregoriana de Roma; debemos su descripción al R. P. Eleuterio Elorduy.

Dos obras distintas se recogen en dicho manuscrito:

<sup>1</sup> Un resumen de la primera Mariología del P. Francisco Suárez: Arch-TelolGran 15 (1952) 293-337.

- a) El comentario a las primeras cuestiones de la 3.<sup>a</sup> parte de la Suma (fol. 1-284r). Pertenece al curso 1584-1585<sup>2</sup>.
- b) El comentario a las últimas cuestiones de la 2.2. (fol. 284-338). Este comentario lo ha publicado J. Giers<sup>3</sup>, quien lo ha datado en 1584 (Junio a fin del año escolar)<sup>4</sup>.

El comentario a la 3.<sup>a</sup> parte nos explica bien cómo nacieron las *Quaestiones de B. Maria Virgine*. Suárez estructuró su *Tractatus de Incarnatione* primitivo en 12 *disputationes*, dentro de las cuales fue incluyendo las diversas cuestiones de Santo Tomás según el propio orden, no el de la Suma. A esas *disputationes* añadió una última (la 13) con el título *De Deipara et Christo ut eius filio* (fol. 205r-284r), que no es sino las *Quaestiones de B. Maria Virgine* resumidas por de Fabiis. Así queda históricamente ilustrado cuanto escribimos en 1952. Suárez intentó realmente un tratado peculiar sobre la Santísima Virgen, que debe llamarse con entera justicia la primera Mariología escolástica. Damos a continuación los títulos de las *quaestiones* en que está dividido el tratado. Se verá la perfecta correspondencia con el resumen publicado en 1952, cuya fidelidad sustancial quedará comprobada con nuestra edición de la q.18. *Disp. 13. De Deipara et Christo ut eius filio*.

- Q.1. Utrum B. Virgo vere concepit Christum Dominum (fol. 205r).
- Q.2. Utrum B. Virgo fuerit vere et proprie mater Christi (fol. 208v)
- Q.3. Utrum inter B. V. et Christum fuerit vera relatio matris et filii (fol. 211v)
- Q.4. Quae et quanta sit haec dignitas matris, et praesertim an sit maior dignitas filii adoptivi (fol. 214v)
- Q.5. Quomodo fuerit Virgo electa ad hanc dignitatem, et simul an haberi potest illa si homo non peccasset (fol. 216r)
- Q.6. Utrum B. Virgo fuerit in corpore perpetua virgo (fol. 217v)
- Q.7. Utrum Mater Dei voto et proposito fuerit perpetua virgo (fol. 223v)

<sup>2</sup> A él se refería Suárez mismo en carta al P. Benavides desde Avila el 15 septiembre 1599. Cf. N. OERY, *Suárez in Rom. Seine Lehrtätigkeit auf Grund handschriftlicher Ueberlieferung*: ZkathTh 81 (1959) 140-142.

<sup>3</sup> *Die Gerechtigkeitslehre des jungen Suárez* (Freiburg 1958) 31-122.

<sup>4</sup> No, como dice OERY, en 1583.

- Q.8. Utrum B. Virgo contraxerit verum matrimonium cum Ioseph (fol. 226v)
- Q.9. Quomodo fuerit B. V. concepta, et in qua perfectione naturali (fol. 229v)
- Q.10. De genealogia Virginis et consequenter Christi (fol. 230v)
- Q.11. Utrum B. Virgo fuerit in utero matris sanctificata, et quomodo (fol. 234r)
- Q.12. Utrum B. Virgo fuerit sanctificata in primo instanti conceptionis, atque adeo ab originali praeservata (fol. 238r)
- Q.13. Utrum in prima sanctificatione fuerit extinctus omnino fomes originalis peccati (fol. 253v)
- Q.14. Utrum fuerit per primam sanctificationem confirmata in gratia et ab omni mortali peccato praeservata (fol. 257r)
- Q.15. Utrum in prima sanctificatione fuerit Virgo Beata confirmata in bono et ab omni veniali peccato praeservata (fol. 259r)
- Q.16. An B. Virgo creverit in gratia, et quibus mediis (fol. 261r)
- Q.17. Ad quantam gratiae perfectionem seu intensionem toto vitae tempore Virgo Beata pervenerit (fol. 264r)
- Q.18. Utrum B. Virgo meruit de condigno esse Mater Dei (fol. 266r)
- Q.19. Quam perfectionem consecuta fuerit B. Virgo in cognitione et in scientia Dei (fol. 268v)
- Q.20. Utrum habuerit omnes gratias gratis datas (fol. 271r)
- Q.21. An post mortem B. Virgo resurrexerit et corpore ac anima gloriosa fuerit in caelum reversa (fol. 274r)
- Q.22. Quid videat B. Virgo in Verbo (fol. 276r)
- Q.23. Utrum B. Virgo sit adoranda, et quomodo (fol. 279r)
- Q.24. Utrum B. Virgo sit a nobis oranda, et quantum nobis eius orationes valeant (fol. 281v)

De estas cuestiones publicamos a continuación la 18, sobre el mérito de la divina maternidad. El marco histórico y la situación del problema en el momento en que dictada Suárez sus lecciones romanas, queda estudiado en el artículo precedente. Allí puede verse también el valor y el influjo que tuvo la solución suareziana.

## TEXTO DEL MANUSCRITO

Ms. 534 de la Pontificia Universidad Gregoriana de Roma

[Fol. 296r]

**Quaestio 18, Utrum B. Virgo meruerit de condigno esse Mater Dei**

[1] Haec sola quaestio superstet de merito Virginis, quantum ad praemium in ipsa receptum pertinet. Nam an meruerit nobis, attingemus in quaestione ultima huius disputationis<sup>1</sup>. An vero meruerit incarnationem, non habet propriam quaestionem cum Virgine, sed communem cum aliis<sup>2</sup>.

[2] *Prima ergo sententia* affirmat. Sic GABRIEL et ALMAIN dist. 4<sup>3</sup>.

*Secunda simpliciter negat meritum de condigno et ponit de congruo.* Sic D. THOMAS dist. 4 q. 3 art. 1<sup>4</sup>.

*Tertia ponit meritum non congruum neque condignum, sed de digno.* Sic BONAVENTURA dist. 4 art. 2 q. 2; RICHARDUS art. 3 q. 1<sup>5</sup>.

[3] *Primum oportet hic distinguere electionem vel praedes-*

<sup>1</sup> Cf. *Quaestiones de B. María V. quatuor et viginti in summam contracatae* q. 24: ATG 15 (1952) 336.

<sup>2</sup> Cf. In 3 q. 2 a. 11 disp. 10 s.

<sup>3</sup> GABRIEL BIEL, *Collectorium in 4 libros Sententiarum* (Lugduni 1519) lib. 3 dist. 4 q. unica dub 3; IACOBUS ALMAIN, *In 3 Sent. (Aurea clarissimi et acutissimi doctoris theologi Magistri Iacobi Almain Sezonensis in III Sententiarum lectura, a quodam discipulo collecta* [Parisiis 1512] q. 4 dub. 3.

<sup>4</sup> In 3 *Sententiarum* dist. 4 q. 3 a. 1. Cf. S. Th. 3 q. 2. a. 11 ad 3.

<sup>5</sup> S. BONAVENTURA, *In 3 Sententiarum* dist. 4 a. 2 q. 2 (Quaracchi 3,107); RICHARDUS A MEDIAVILLA, *In 3 Sententiarum* dist. 4. Para todo este número véase SUÁREZ, In 3 q. 2 a. 11 disp. 10 s. 7 n. 1-2.

tinationem Virginis ad maternitatem, ab ipsa executione vel dignitate.

*Secundo*: aliud est mereri de condigno aliquod officium, aliud eet mereri de condigno aptitudinem seu idoneitatem ad illud officium. Haec enim duo sunt separabilia inter se. Ut enim quis mereratur de condigno officium, oportet ut posito merito alter ex iustitia teneatur dare illud munus. Ad secundum vero hoc non est necessarium. Nam potest quis optime esse idoneus et dignus epis copatu, quamvis nullus ex iustitia teneatur illi dare<sup>6</sup>. Hoc posito:

[4] *Dico 1.º: B. Virgo neque de condigno neque de congruo meruit praedestinationem aut electionem ut esset Mater Dei<sup>7</sup>.*

Est certa. Et *probatur* quia omnia opera, quae possent esse fundamentum talis [fol. 266v] meriti in maternitatem Dei, sunt ratione posteriora ipsa electione. Nam ab illa manant. Quod patet quia proficiscuntur ab aliqua prima gratia, quae quidem data est Virgini tanta et talis quia electa erat Mater Dei. Ergo etc.<sup>8</sup>.

[5] *Confirmatur*, quia Virgo nullo modo meruit praedestinationem vel electionem ad gloriam suam; ex communi doctrina circa omnes praedestinatos; tum specialiter de illa, quia fuit singulari modo praeventa per gratiam antequam aliquid boni posset operari. Sed electio ad dignitatem Matris ratione antecedit electionem ad gloriam; nam ideo ad tantam gloriam electa est, quia futura erat Mater Dei<sup>9</sup>.

[6] *Dico 2.º: B. Virgo partim sola divina gratia, partim suis actibus et meritis de condigno, consecuta est dispositionem, per quam fuit idonea et digna Mater Dei<sup>10</sup>.*

*Primo supponit* conclusio fuisse in Virgine talem dispositi onem, ex communi doctrina Patrum<sup>11</sup>; BASILIUS, *Homilia de humana Christi generatione*<sup>12</sup>; AMBROSIUS, *Epistola 82* et lib. 2 de

6 SUÁREZ, *L. c.*, n. 3.

7 Cf. *Ib.* s. 8 n. 2.

8 Cf. *Ib.*

9 Cf. *Ib.* El distinguir netamente entre la elección y la ejecución es un progreso en el planteamiento del problema, que se debe a Suárez. Pudo sugerírselo B. DE MEDINA, *Expositio in 3 D. Thoma partem* (Salmanticae 1578) q. 2 a. II dub. 2 ad obiect.

10 Cf. *Ib.* s. 7 n. 5.

11 *Ib.* s. 7 n. 4. La fuente del pasaje es CANISIO, *De Maria Virgine incomparabili* (Ingolstadii 1577) lib. 2 cp. 16.

12 Si atendemos al Comentario de 1592 (*In 3*), la cita de SAN BASILIO

*Virginibus*<sup>13</sup>; CHRYSTOMUS, *Homilia* 49 *in Genesim*<sup>14</sup>; EPIPHANIUS, *Haeresi* 78<sup>15</sup>; DAMASCENUS, lib. 4 cp. 15, inquit Mariam esse inventam dignum et Domino decorum domicilium<sup>16</sup>; BERNARDUS, *Serm.* 1º, 2º et 4º *de Assumptione*<sup>17</sup>. Et *Ecclesia* canit in oratione: «ut dignum Filii Dei habitaculum» etc.; et alibi: «quae sola digna fuisti» etc.

*Ratio* vero est, quia ad sapientiam et providentiam Dei spectat digne disponere cui confert dignitatem<sup>18</sup>.

---

era: «Caro igitur ex sanctitate compacta, digna erat quae Unigeniti coniungeretur divinitati» (*Homilia in sanctam Christi generationem* 4: PG 31, 1466). Pero ese texto no se refiere a María, sino a la humanidad de Cristo. Canisio había citado este otro pasaje, más a propósito: «Quoniam ea tempestate nulla puritate par Mariae virginitas inter homines ad effectum Sancti Spiritus excipendum est reperta, et illa iam desponsatione erat occupata, electa est B. Virgo ita ut nihil detrimenti ex desponsatione accesserit virginitati» (*Ib.* 3: PG 23, 1463). Tal vez Suárez omite esas palabras porque fácilmente podían sugerir una objeción contra la tesis de la elección gratuita de María a la maternidad divina.

13 *Epistola* 63, *ad ecclesiam Vercellensem*, 33 (PL 16, 1198): «Quid autem loquar, quanta sit virginitatis gratia, quae meruit a Christo eligi ut esset etiam corporale Dei templum, in qua corporaliter, ut legimus, habitavit plenitudo divinitatis?» Este primer testimonio de San Ambrosio lo omite Suárez en el Comentario, para aducirlo luego como objeción a su tesis de la gratuitad de la elección a la divina maternidad: cf. *In 3 q. 2 a. 11 disp. 10 s. 8 n. 30. De Virginibus* 2, 2, 10 (PL 16, 210): «Quid enim in singulis morer, ut eam parentes dilexerint, extranei praedicaverint, quae digna fuit ex qua Dei Filius nasceretur?».

14 *Homilia* 49 *in Genesim* 2 (PG 54, 446): «Sane propter hoc erit, quoniam virum non cognoscis. Nam si cognosceres virum, non fuisses habita digna ut huic ministerio servires».

15 *Panarion* 78,6 (PG 42, 707): «Quanam vero fronte incorruptam illam Virginem aggrediuntur, quae Filii domicilium esse meruit, quae ex infinito Israelitarum numero ad id unum est electa ut vas quoddam et habitatio uni esset divino partui consecrata?».

16 *De fide orthodoxa* 4, 14 (PG 94, 1159): «Sanctimoniam sectando, templum evadit sanctum et admirabile, Deique altissimi hospitio dignum».

17 La cita está equivocada. Canisio había escrito: »*Serm.* 4 in festo Assumptionis et in Adventu Domini serm. 2»; y en efecto su cita es: «Virginitas Mariae digna fuit Spiritus Sancti sacrarium fieri et habitaculum Filii Dei [Serm. 4 *de Assumptione* 6: PL 183, 428]; vere lignum vitae, quod solum fuit dignum portare fructum salutis [Serm. 2 *Adventus* 4: Ib. 43]». Pero SUÁREZ (*In 3 q. 2 a. 11 disp. 10 s. 7 n. 4*) cita además *Serm. 1 de Assumptione* 3 (PL 183, 416): «Nec in terris locus dignior uteri virginalis templo...»

18 Cf. *In 3 q. 2 a. 11 dip. 10 s. 7 n. 4*.

[7] *Dices* impossibile esse illi infinitae dignitati inveniri condignam dispositionem.

*Respondeo*: 1º Non oportet esse aequalitatem rei ad rem, sed proportionis iuxta ordinem divinae sapientiae. Sicut humanitas Christi dicitur digne disposita ad unionem etc.<sup>19</sup>.

2º Quamvis non sit aequalitas proprie (quia gratia et maternitas sunt diversarum rationum), tamen, eo modo quo inter se conferri possunt, illa perfectio gratiae et dignitas maternitatis habent sufficientem aequalitatem; ut patet ex dictis q. 1<sup>20</sup>.

[8] *Secundo* ut probetur conclusio *oportet advertere* ad hanc dispositionem tria concurrere: 1º habitus gratiae ita perfectus; 2º singularia [fol. 267r] quaedam privilegia, ut perpetua innocentia etc.; 3º actus quidam, praesertim illi quibus B. Virgo credidit et praebuit consensum angelo nuntianti.

Primum horum partim fuit omnino gratis datum Virgini (scilicet prima gratia), partim per meritum de condigno (scilicet perfectio et augmentum quod habuit usque ad instans incarnationis). Secundum omnino gratis datum est Virgini; quia simul cum prima gratia accepit illa privilegia, ut patet ex dictis. Tertium non tam meruit quam effecit suo libero arbitrio excitato et adiuto gratia Dei<sup>21</sup>.

[9] Ex quibus patent omnes partes conclusionis. Et brevis eius ratio est, quia non potuit B. Virgo mereri totum cumulum gratarum, quibus digna Mater Dei est effecta; potuit tamen, quibusdam gratiis iam acceptis, operando et merendo dispositionem complere<sup>22</sup>. Et sic est intelligendus D. THOMAS supra q. 2 art. 11 ad 3.

[10] Et iuxta haec intelliguntur varia *dicta Sanctorum*<sup>23</sup>.

HIERONYMUS (*Diálogo 1 contra Pelagianos*) ait: «Beatam se dicit non suo merito, sed Dei in se inhabitantis clementia»<sup>24</sup>. Ubi non omnino negat meritum, sed primarias partes dat gratiae.

19 Cf. *Ib.*

20 Cf. *Quaestiones de B. M. Virgine* q. 4 (ATG 15 [1952] 305); *De Mysteriis vitae Christi* disp. 1 s. 2.

21 Cf. *In 3* q. 2 a. 11 disp. 10 s. 7 n. 5.

22 Cf. *Ib.*

23 La fuente es también CANISIO, *l. c.* Cf. *In 3* l. c., s. 7 n. 5.

24 *Dialogus adversus Pelagianos* 1, 16 (PL 23, 511): «In quo animadverte, quod beatam se esse dicat, non proprio merito atque virtute, sed Dei in se inhabitantis clementia».

Sic BERNARDUS (*Serm. de Nativitate Mariae*): «non praetendit Maria meritum, sed gratiam»<sup>25</sup>.

FULGENTIUS (*Libro de incarnatione et gratia* cp. 7): «non humanis meritis, sed Dei dignatione Maria Deum hominem concepit»<sup>26</sup>.

Contra vero [Ps] AUGUSTINUS (*Serm. 10 de Christi Nativitate*): «eligitur Virgo, quae tanta haberet merita, ut Dei Filius ...» etc.<sup>27</sup>.

DAMIANUS (*Serm. 1 de Assumptione*): «hoc promeruit singularis sanctitas eius, ut conceptione Dei iudicata sit digna»<sup>28</sup>.

GREGORIUS (*Libro 1 Regum* cp. [1]) dicit de Virgine, incomparabilibus illustrata [meritis] Dei Unigenito sacrum praeparavit uterum»<sup>29</sup>.

[11] Dico 3.º: *B. Virgo meruit de congruo esse Matrem Dei*<sup>30</sup>. Est communis. Et favent illae locutiones Ecclesiae: «quae meruisti portare» etc. Sic loquuntur Patres citati:<sup>31</sup>.

AUGUSTINUS (*De natura et gratia* cp. 36): «concipere meruit» etc.<sup>32</sup>; *De sancta virginitate* cp. 4<sup>33</sup>.

25 *Serm. de Aquaeductu, in Nativitatem Mariae*, 8 (PL 183, 442): «Maria non praetendit meritum, sed gratiam quaerit».

26 *Epistola 17, 7,14* (PL 65, 458s): «Sed ipsum Deum hominem factum ei concipere et parere, non humanis meritis, sed concepti nascentisque ex ea, summi Dei, dignatione promeruit». El manuscrito dice equivocadamente *Prudentius* en vez de *Fulgentius*. Lo que prueba se trata de una copia hecha al oído.

27 *Serm. 193, 2* (PL 39, 2104): «Talis seligitur Virgo, de toto scilicet mundo, ut Dei Filium in semetipsa susciperet».

28 *Serm. 45, in Nativitatem Mariae* 2 (PL 144, 741), «Quam utique aeterna Sapientia... Talem construxit, quae digna fieret Illum suspicere et de intemperatae carnis suae visceribus procreare».

29 *In 1 Regum* 1, 1, 5 (PL 79, 25): «Mons quippe et domus apta dicitur [Maria], quae dum incomparabilibus est illustrata meritis, Dei unigeniti, in quo recumberet sacrum preparavit uterum».

30 Cf. *In 3 q. 2 a. 11 disp. 10 s. 8 n. 4.*

31 La fuente es de nuevo CANISIO, *l. c.*

32 *De natura et gratia* 36, 62 (PL 44, 267): «Quae concipere ac parere meruit, quem constat nullum habuisse peccatum».

33 *De sancta virginitate* 4 (PL 40, 398): «Ne putaretur sola Virgo esse debuisse, quae prolem etiam sine concubitu concipere meruisset, virginitatem Deo dicavit cum adhuc esset conceptura nesciret».

HIERONYMUS (*Epistola ad Eustochium de custodia virginitatis*) dicit fuisse tantae virtutis ut Dei Mater esse mereretur<sup>34</sup>.

Idem [Ps] EUSEBIUS EMISSENUS (*Homilia in feriam 4 dominica 1 Adventus*)<sup>35</sup>, DAMIANUS<sup>36</sup>, CHRYSOLOGUS (*Serm. 143*)<sup>37</sup>.

ANSELMUS (*De excellentia Virginis* cp. 8) inquit: «sanctissima puritas et purissima sanctitas pectoris eius, omnis creaturæ puritatem et sanctitatem transcendens incomparabili sublimitate, hoc promeruit, ut reparatrix perdite carnis plenissime fieret»<sup>38</sup>.

[12] *Confirmatur*, quia Abraham meruit ut [ex] sua propagine Christus nasceretur; iuxta illud Gen. 22 [16-18]: «quia [fol. 267v] fecisti rem hanc»<sup>39</sup>. Ergo a fortiori etc.<sup>40</sup>.

*Item*, supposito Dei decreto de sumenda carne, congruentissimum erat ut ex tali Virgine sumeret<sup>41</sup>.

*Confirmatur ex conclusione posita*<sup>42</sup>.

[13] *Sed contra*: ergo meruit de congruo Incarnationem<sup>43</sup>.

34 *Epistola 22, ad Eustochium*, 38 (PL 22, 422): «Propone tibi Beatam Mariam quae tantae exstigit puritatis, ut Mater Domini esse mereretur».

35 BRUNO ASTENSIS, *Homilia in feriam IV Temporum Adventus* (PL 165, 752, 341): «Considera modo, quantæ ante eam, quantæ post eam mulieres et virgines fuerunt; haec tamen sola Mater Domini fieri meruit».

36 El manuscrito dejó un hueco para completar la cita, que es: *Serm. 46, de Nativitate Mariae*, 3 (PL 144, 753): «Hodie prodiit ex utero matris, quae templum fieri meruit divinitatis».

37 *Serm. 143, de Annuntiatione* (PL 52, 584): «Vere benedicta, quae et superni conceptus meruit gratiam, et sustulit integritatis coronam».

EADMERO, *De excellentia Virginis* 9 (PL 159, 573): «Pura enim sanctitas et sanctissima puritas piissimi pectoris eius, omnem omnis creaturæ puritatem transcendens, incomparabili sublimitate hoc promeruit, ut reparatrix perditi orbis dignissime fieret».

39 «Per memetipsum iuravi: quia fecisti hanc rem et non pepercisti filio tuo unigenito propter me, benedicam tibi et multiplicabo semen tuum..., et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obaudisti voci meae».

40 Cf. *In 3 q. 2 a. 11 disp. 10 s. 8 n. 4* confirm. 2.<sup>3</sup>

41 Cf. *Ib., Confirm. 1.<sup>o</sup>*.

42 Parece aludir a la conclusión 2.<sup>a</sup>. En el Comentario (*I. c.*) dice: «deinde rationes, quibus supra probavimus antiquos Patres meruisse de congruo incarnationem et aliquas eius circumstantias, hanc veritatem satis confirmant».

43 En el Comentario ha desaparecido esta objeción. Pero en conformidad con la respuesta segunda dada aquí, se lee allí (disp. 10 s. 6 n. 14): «Quod incarnationem fiat ex tali femina, circumstantia quaedam est incarnationis; sed hoc meruit B. Virgo de congruo merendo maternitatem divinam». Véase también *Ib.*, n. 9.

*Respondeo:* absolute et simpliciter negatur consequentia. Quia non meruit nisi quasi sub conditione et ex suppositione: si Deus sumpturus erat carnem ex muliere, ex se sumeret. Et quia suppositio iam posita erat ex libero Dei decreto, ideo locum habuit tale meritum<sup>44</sup>.

Tum *secundo:* supposita Dei ordinatione, concedi posset non improbabiliter sequela, iuxta tractata supra in materia de merito Christi<sup>45</sup>.

[14] *Dico 4º: Non est improbatile meruisse etiam de condigno esse Matrem Dei*<sup>46</sup>.

*Probatur 1º* ex dictis Patribus, qui absolute loquuntur. Praesertim GREGORIUS (*Libro 1 Regum* cp. 1); inquit enim: «ut [ad] conceptionem Verbi Dei pertingeret, meritorum verticem supra omnes angelorum choros usque ad solium Dei» etc.<sup>47</sup>. Et S. BERNARDINUS (*Serm. 51*) dicit B. Virginem illo consensu, quem praebuit angelo, plus meruisse quam omnes angelos et sanctos omnibus actibus et meritis suis<sup>48</sup>. Quod non potest intelligi in ordine ad

44 La respuesta es de BIEL (*l. c., ad 4*): «Potest dici probabiliter quod B. Virgo meruit portare et concipere Christum; sed per hoc non meruit incarnationem Christi; quia potuit Christus de alia muliere incarnari; et ideo incarnationem non meruit, sed quod de ipsa incarnaretur, supposita incarnatione aliquando fienda».

45 Cf. MEDINA (*l. c., ad 2*): «B. Maria meruit de congruo incarnationem Christi multo melius quam Patres antiqui; meruitque illa ineffabilem dignitatem quod esset Mater Dei».

46 Cf. *In 3 q. 2 a. 11 disp. 10 s. 7 n. 9*. Aquí ya no se da como tesis. Solamente se insiste en su verdadera probabilidad; ciertamente menor, «Quia neque ex Scriptura vel Patribus convinci satis potest...» Sin embargo «non est omnino aliena a modo loquendi Patrum».

47 *In 1 Regum 1, 1, 5* (PL 79, 25): «An non mons sublimis Maria, quae, ut ad conceptionem aeterni Verbi pertingeret, meritorum verticem supra omnes angelorum choros, usque ad solium deitatis erexit?». Pero en el Comentario (1.c., s. 8 n. 4) escribió Suárez sobre este texto: «licet haec verba alium possint habere sensum».

48 *Quadragessimale de evangelio aeterno*, serm. 51 art. 3 cp. 1 (edic. Quaracchi 4, 552): «Ex his igitur colligi potest, quod Vi-go Beata in consensu conceptionis Filii Dei plus meruit quam omnes creaturae, tum angeli tum homines, in cunctis actibus, motibus et cogitationibus suis. Nempe omnes, qui meruerunt, nihil aliud potuerunt mereri nisi secundum varios status et gradus gloriam sempiternam. Haec autem Virgo in illo admirando consensu meruit... fecunditatem in virginitate, maternitatem Filii Dei...» Este testimonio de San Bernardino de Sena no está en Canisio.

gratiam et gloriam; debet ergo verificari quia meruit dignitatem alterius ordinis et rationis, quam ipsi non potuerunt mereri, scilicet maternitatem Dei.

Unde etiam *colligitur* hoc meritum maxime fuisse positum in illo collato [?] consensu. Et *potest sic explicari*: nam ille fuit ultima dispositio ad formam et procedebat ex supposita gratia; ergo erat meritorius de condigno ipsius formae, scilicet maternitatis<sup>49</sup>.

[15] *Nihilominus dico 5º: Simpliciter probabilius mihi videatur de condigno non meruisse maternitatem Dei*<sup>50</sup>.

Est communis sententia theologorum.

*Probatur 1º*: gratia et opera supernaturalia natura sua habent proportionem cum supernaturali beatitudine, ad quam velut ab intrinseco ordinantur et conformantur; non ita tamen ad dignitatem Matris Dei. Meritum autem de condigno requirit hanc proportionem<sup>51</sup>.

[16] *Dicet aliquis ex Dei voluntate fuisse ordinatam hanc gratiam ad illum finem; et hoc satis esse*<sup>52</sup>.

*Sed contra*. Nam solum fuit haec ordinatio per modum congruae dispositionis. Nam fides et sanctitas Virginis ad hoc sine dubio fuerunt illi data a Deo, ut esset idonea Mater. Sed hoc non satis est ad meritum de condigno<sup>53</sup>. Alias etiam Abraham de condigno meruisset ut ex ipso Christus [fol. 268r] nasceretur; et Baptista similiter officium praecursoris; et Paulus apostolatum. Nam omnes hi acceperunt gratiam, qua essent dispositi ad tale munus accipiendum<sup>54</sup>.

49 Cf. *In 3 q. 2 a. 11 disp. 10 s. 8 n. 4*. Pero nótese el tono más moderado.

50 Cf. *Ib.*, s. 7 n. 6.

51 Cf. *Ib.*

52 Cf. *Ib.*, n. 7. Es la posición nominalista. BIEL (*l. c.*) había dicho: «Videtur quod probabiliter sustineri posset quod B. Virgo etiam merito condigni meruit esse Mater Dei et Filium Dei concepisse; et hoc per gratiam et opera virtuosa; unde et eam ab originali praeservavit ut esset idonea Mater Dei. Quia probable est quod Deus Pater post Virginis sanctificationem, quam non meruit, eius bona opera acceptaverit ad hoc ut de ipsa formaretur corpus assumendum a Filio.»

53 Cf. *In 3 q. 2 a. 11 disp. 10 s. 7 n. 8*.

54 Cf. *Ib.*, n. 7. La fuente es MEDINA (*l. c.*, concl. 3º ad obiect.); «Sed ego dico quod haec defensio frivola est et periculosa. Nam ex ea sequitur

[17] *Ratio vero est*, quia illa voluntas et ordinatio Dei extrinseca neque in ipsis operibus ponit intrinsecam proportionem, neque confert vim obligandi alterum ex iustitia ad tale reddendum; quia non includit promissionem. Ad meritum autem de condigno vel utrumque vel certe alterutrum eorum est necessarium<sup>55</sup>.

[18] Fortasse dicet quis fuisse adiunctam Dei promissionem<sup>56</sup>.

*Sed hoc dicitur sine fundamento contra theologos. Et declaratur [?]: omnis promissio, quae de hoc mysterio legitur in Scriptura, est absoluta et non sub conditione operum; ut patet Isaia 7 [14] et 11 [1ss]<sup>57</sup>. Meritum autem de condigno requirit promissionem sub conditione operum.*

[19] *2º probatur*: nam omnibus operibus Virginis, praeter maternitatem Dei, respondet adaequatum et sufficiens praemium in augmentatione gratiae et gloriae. Ergo non potest simul dignitas maternitatis cadere in tale meritum<sup>58</sup>.

[20] Consequenter solvitur facile *argumentum* hoc Gabrielis: minus bonum est maternitas quam visio Dei; sed meruit Virgo hanc; ergo illam. Nam, quidquid sit de maiori, consequentia non valet. Quia maius quid est mereri utrumque simul quam alterutrum. Tum etiam, quia bona illa sunt diversarum rationum; in quibus nihil valet consequentia. Quia opera possunt natura sua referri ad bonum altius, et non ad minus; et potest illud esse promissum operibus, et non hoc. Sicut non valet: mereor gratiam, ergo mereor veritatem prophetiae etc.<sup>59</sup>.

[21] *Tertio*, est probabile argumentum: quia sequitur B. Virginem meruisse aliquo modo de condigno incarnationem, saltem supposita Dei ordinatione. Quod apud omnes est absurdum. Sequela patet: nam si de condigno meruit esse Mater Dei, ergo meruit ut Deus esset filius suus (nam haec sunt correlativa); ergo etiam ut Deus esset homo<sup>60</sup>.

quod possumus dicere sine periculo Abraham meruisse de condigno quod Christus ex suo semine nasceretur...»

55 Cf. *Ib.*, n. 7. El manuscrito repite *illa* después de *voluntas*.

56 Cf. *Ib.*, n. 7.

57 El manuscrito dice *Is. 7 et 20*. Corregimos según el Comentario.

58 Cf. *Ib.*, n. 7.

59 Cf. *Ib.*, n. 7.

60 La fuente aquí es también MEDINA (1. c., concl. 3.º): «B. Virgo meruit de condigno esse Matrem Dei; ergo meruit de condigno quod esset,

[22] *Et hinc consequens fit non meruisse Virginem de condigno eos titulos excellentiae, qui consequuntur maternitatem Dei; ut esse Reginam mundi, habere quasi speciale quoddam ius ad bona ipsius Filii, item esse dignam singulari adoratione hyperduliae. Neque contra hoc video probabilem obiectionem. Nihil enim in hoc derogatur Virgini. Sed [hoc] comitatur potius gratiam et excellentiam dignitatis eius.*

---

Deus filius eius... Aserere vero B. Virginem promeruisse de condigno esse Deum filium eius, alienum est a vera theologia. Explicatur hoc evidentius. Nam si meruit de condigno ut esset Mater Dei, ergo meruit de condigno ut Christus ex ea nasceretur, ac *subinde* meruit de condigno quod Christus esset in rerum natura». Este argumentum, que Medina califica de *necessarium*, es para Suárez sólo probable; y aun eso con las restricciones del texto. Cf. *In 3 q. 2 a. 11 disp. 10 s. 7 n. 10-11.*